

HARTMANNVS SCHEDEL NORINBERGENSIS.



**H**artmannus ille literarum amore in uarijs Academijs operam literis dedit, atq; felici ingenio præditus in uirū doctissimum euasit. Nam præterquam quod artium & Medicinæ Doctor creatus esset, etiam diuinis literis, atq; Historiorum lucubrationibus diligentē operam nauauit. Cum itaq; multa doctrina esset præditus sese Norinbergam contulit, atq; ibidem medicinam facti cauit. Quoniam autem homo multæ lectionis & singularis industriæ esset, Iacobi Pergomensis, & aliorum Chronica diligenti studio euoluit, atque Germanorum historias grandi & præclaro opere conscripsit & ædidit. Ex qua magnam authoritatem apud principes & literatos homines impetrauit. Vixit circa annum Domini 1493. Trit.